



Virtuelles Walsermuseum

www.walser-museum.ch

Virtuelles Walsermuseum

www.walser-museum.ch

Steffen Hans, steffen.hh@bluewin.ch

Friede von Saas-Almagell, Vollversion

Original- Stao, Sion, A.C.S., Blandrate

Publiziert: Gremaud; Jean, Documents relatifs à l'histoire du Valais (1876), Text II, 1021

Siehe auch Rizzi, Enrico: Walser Regestenbuch (1991), Seite 64

(Eine Inhaltsangabe Abschnitt für Abschnitt, sowie Zusammenfassung auf Deutsch finden sie unter den entsprechenden Rubriken).

Allmagell, 1291 , 16. August

1 Anno dnice icarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo primo, indicione quarta, die jouis sexto decimo intrante augusto, in loco de Armenzello (1) de Valexio, dnis Joncelmus comes de Blandrate, filius quondam dni Gotefredi comitis de Vespia, suo nomine et nomine Zannini nepotis sui, filii quondam dni Guillelmi fratris sui, et omnium hominum de valle Solxa (2)et, de Morgano vallis Solxe et de Zauxon (3) et de Prato Borno (4), pro quibus promisit de rato habendo, ex vna parte, et Vbertus de Calasca filius quondam Demoldrici de Calasca et Jacobus de Motex filius quondam Morexoli de Calasca et Jacobus filius quondam Alberti Mazoni de Banio et Petrus de Albariis de Auenzono et Vgetus filius quondam Zaneboni de Ciuoledo, eorum nomine et nomine communis et hominum tocius vallis de Valenzasca et de Macugnaga, pro quibus promiserunt, de rato habendo, et quorum sindici et procuratores sunt ad infrascripta omnia facienda, ut continetur in carta vna syndicatus et procuracy facta per me Burginum notarium infrascriptum hoc anno, die dominico XII intrante augusto,

2 ex altera de omnibus discordiis, controuersiis, littibus, causis, questionibus, robariis, incendiis, dampnis datis, homicidiis ferutis, iniuriis, asaltis et omnibus aliis occaxionibus que dici vel excogitari possint, que hinc retro incurrisse inter dictum dnum Jonzelmum comitem et dnum Guillelmum fratrem eius et Zanninum fratrem eius filium quondam dicti Guillelmi et homines vallis Salxe et de Morgano ipsius vallis et de Zauxon et de Prato Borno et eorum sequaces, ex una parte, et homines de Valenzasca et de Macugnaga, ex altera, elegerunt eorum arbitros et arbitratores et amicabiles compositores Guifredum filium quondam dni Guidoboni de Bacerio de Antigonio et Martinum de Gtalia filium quondam Petri de Gtalia et in ipsos sese suo nomine et predicto compromiserunt tanquam in arbitros, etc. Promittentes, etc. sub pena 1b. centum, etc. Interfuerunt testes Ludouicus filius S. Petri de la Platta de Vesbia et Marcoaldus de Bal dessire ambo de Valexio, et plures alii, Ego Virgilius de Domo notarius, jussu Burgini notarii de Valenzasca qui eam tradauit et imbreuiauit, et scripsi et subscripsi. Vnde predicti Guifredus et Martinus arbitri et amicabiles compositores, etc. tales ut infra legitur dixerunt, sentencias et pronunciaciones et talia arbitramenta et precepta et hec omnia infrascripta, presentibus predictis syndicis et Mazocco consule de Dorcala et Jacobo de Baceno nomine dicti Joncelmi cuius procurator est, etc.

3 In primis quidem predicti arbitri pronunciauerunt quod predicte partes una pars alteri faciant inter se finem, pactum de non petendo et tocius eorum juris remissionem, una in manu alterius, occasione dampni, iniurii, incendii, etc. Item dixerunt quod predilecte partes faciant pacem et concordiam de omnibus predictis iniuriis, etc., et quod taliter teneant pacem inter se quod una pars non offendat alteri et hec omnia intelligent debere

Virtuelles Walsermuseum

Steffen Hans, steffen.hh@bluewin.ch





Virtuelles Walsermuseum

www.walser-museum.ch

www.walser-museum.ch

Steffen Hans, steffen.hh@bluewin.ch

fieri non solum de personis et vicinis de Valenzasca sed et de illis hominibus et personis argentariis que faciunt officium argenterie de Valenzasca et morantur ad argentarias Valenzasce, et insuper de communi et hominibus de Macugnaga. Item preceperunt quod omnes homines de Valenzasca et de Macugnaga tam argentarii quam alie persone possint ire, stare et redire secure in personis et rebus per totam terram Valexii pro factis et offensionibus dicti comitis Joncelmi et dicti Zannini et sequacum eorum et hominum de Vespia et de prebatis eius; et similiter quod predictus comes et dictus Zaninus et eius sequaces et dicti homines de prebatu de Vespia possint ire, redire et stare secure in personis et rebus in Valenzasca et, hoc intelligatur pro factis et offensionibus hominum de Valenzasca tantum, non autem ex facto communis Nouarie et nunciorum eius.

4 Item preceperunt quod non se ad inuicem offendant dicte partes, hoc excepto quod si contingeret quod commune Nouarie exercitum faceret generale contra predictum comitem vel contra predictas personas pro quibus idem comes se compromisit, quod ipsi de Valenzasca possint ire in exercitum cum communi Nouarie, sicuti faciunt alie persone subdite communi Nouarie, nec propter hoc videantur cadere in penam.

5 Item preceperunt quod omnes persone de Valenzasca et de Macugnaga et omnes alie persone vnde cumque sint, possint stare, ire et redire cum bestiis et sine bestiis in alpibus de Valenzasca sine offensione ipsis facienda per ipsum Joncelnum comitem, per homines prebatis de Vespia et per sequaces eorum, et hoc intelligatur nisi sint de valle Sicida vel jurisdicione comitis Nouarie, quibus hic nulla datur securitas.

6 Item quod dictus comes et dicte persone pro quibus se compromisit de valle de Solxa et de Zauxono et de Morgano inferiori et de Prato Borno teneantur et debeant sub debito sacramenti et sub pena compromisso apposita, quod aliqua roberia de rebus et bonis illorum de Valenzasca et de Macugnaga non fiat nec ducatur per alias personas per terras et possessiones et itinera seu alpes illorum dni comitis et nepotis eius et preictorum de Val Seyxa et de Zauxono et de Morgano inferiori et de Prato Borno.

7 Item preceperunt quod si contingerit quod predictus comes et sequaces eius vellent ire armati vel sine armis contra homines vallis Sicide, quod teneatur ire et redire Peza Saltaneria in intus. siue a ponte de Morgano quod est Valenzasca in intus, et si a dicta Peza in intus et a dicto ponte in intus ierit et redierit versus vallem Sicidam vel miserit vel sequaces eos, quod predicti de Valenzasca et de Macugnaga non possint ipsum comitem et sequaces prohibere inde transire et redire et contra ipsum nullo modo veniant.

8 Item preceperunt quod si dictus comes vel predictus Zanninus sciuerint quod aliue persone de Valesio vellent facere offensionem hominibus et argentariis de Valenzasca et de Macugnaga, quod bona fide quando cicius poterunt eis propallabunt, et similiter si illi de Valenzasca sciuerint quod homines vallis Sicide et aliunde vellent offensionem aut dampnum facere predicto comiti seu predictis personis pro quibus se compromisit, quod similiter bona fide propallabunt quando cicius poterunt, et hoc sub pena pecunioria et debito sacramenti in dicto compromisso comprehenso. Item preceperunt quod predicti de Valenzasca et de Macugnaga soluant eidem comiti Joncelmo ib. centum Maur. vel in alia pecunia numerata et ipsas consignent in burgo Domi in certis terminis.

9 Item preceperunt quod predicte ambe partes dent bonos et ydoneos fideiussores qui sint
Virtuelles Walsermuseum

www.walser-museum.ch

Steffen Hans, steffen.hh@bluewin.ch

Steffen Hans, steffen.hh@bluewin.ch





Virtuelles Walsermuseum

www.walser-museum.ch

homines dni episcopi Nouariensis, qui se et sua bona obligent pro predictis omnibus obseruandis; et hoc faciat vtraque pars hiuc ad kalendas miaias proximas; et si homines episcopi Nouar. non darentur fideiussores, quod darentur aliunde in arbitrio predictorum arbitrorum. Item preceperunt, quod predictus comes Joncelmus primo per se confirmet omnia que in presenti instrumento pronuncitionis continentur, quod ita faciat quod predictus Zanninus nepos eius et dnos episcopus Sedunensis confirment predicta omnia hinc ad kalendas miaias proximas, et eciam faciat, quod homines de Morgano inferiori, de valle Solxa et de Zauxono et, de Prato Borno usque ad sexaginta de maioribus laudent predicta omnia. Ex auero similiter preceperunt quod predicti syndici de Valenzasca et consul de Dorcala faciant quod homines de Valenzasca et de Macugnaga vsque ad sexaginta de maioribus laudent predicta omnia. Et ibidem incontinenti predicti syndici et consul de Dorcala ex vna parte et dictus Jacobus de Baceno procurator dicti comitis Joncelmi promiserunt ipsam pacem omni tempore firmam tenere.

Ego Virgilius de Domo notarius, etc.

Erklärungen :

- (1) Saas Almagell
- (2) Saas
- (3) Chouson, St. Nikolaus
- (4) Zermatt